



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies
Distribvtis**

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Guido Conf. 12. Septembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

I. Sept.
saculo
imur.

S.

autu-
mina,
m sur-
tronas
ocle-
n quæ
perpe-
unum
mediā
THEO-
aborta
bio se
virum
facinus
dorso
r quas
à feris
lum lo-
uidem
nfamis
terat se
o, sed
Itaque
er Mo-
riis ex-
orientis
, addu-
, mors
ipfa

12. Sept. VITÆ S A N C T O R V M . 447
ipsa denique palam orbi fecerunt feminam fuisse
T H E O D O R A M , sed quam viri imitarentur. Ex
Metaphrast.

Meliora mihi amici vulnera , quæ Christus accepit
ut sanaret me, quam voluntaria inimici oscula, quibus
mihi per illecebris delectationum caro maleuada blan-
ditur, ut quasi parricidiali Iudea osculo paratis in capti-
vitatem meam prodat inimicis. S.Paulin.ep.2.

S. G U I D O C O N F . 12. Septembris.

E Tiam GVIDONEM humili genere natum ad
astra virtus evexit, tutissima eorum scala, qui
generosi humi obrepere detrectant. Natalem ter-
ram Brabantia dedit. Puer non prius animo hilari
esse unquam potuit, quam aut preces Deo, aut
egeno stipem dedisset, quam ubi non habuit, ipse
scilicet coëgit, mendicorum mendicabulum.
Adolescens VIRGINIS templo operam suam ædi-
timus addixit, gnarus cœli portam esse, quam cu-
raret. At tam sancto munere cum à mercatore per-
suasus mare conseedisset, & ventos & Superos
adversos sensit, quin remo manum tamdiu exi-
mere non potuit, quoisque hanc redux VIRGI-
NIS aræ supplicem tetendit, manifesto in hujus
transfugas exemplo. Sanctius postmodum iter
instituit, cum Romam & Hierosolymas aliosque
Christianis vestigiis nobiles locos petiit, septem-
que ipsos annos talem se, quales omnes sumus,
peregrinum vendidit. Hinc cum fesso DEVS quie-
tem donare vellet, in lectulum dejecit. Hoc cum
æger Anderlaci decumberet, columba è cælo
multo lumine corusca advolavit, simul vox auditæ
est, quæ ad coronam dilectum invitavit. Enimvero
lubens paruit. Orbe scilicet pererrato, restabat

III

*Quâ presumptione non diliges illum, qui te non di-
ligentem dilexit, qui te peccantem non despexit? Vide
quao quâ compensatione, quo merito summe & eterna
respondeas Trinitati. S.Bern.op.de char.c.27.*

S. MAURILIUS EP. 13. Septembri.

MAURILIO patria Mediolanum, parentes
millinc nobiles, vitæ Magister D. Martinus
fuere. Ab hoc & sacerdotio & infulâ Andegaven-
si condecoratus est, factumque calculo suo candi-
dissima columba probavit capiti M A V R I L I O ob-
volitans. Mitto plurima prodigia. Vos qui ani-
mas, qui juventam curatis, ad unicum animum
advertisite. Parvulus, isque moriturus sacro chri-
smate firmandus erat. Dum sacris M A V R I L I V S
pluſculum immoratur, emoritur ille. Nimurum
hoc suum facinus Pontifex credere, non expian-
dum, nisi munere abdicato. Proinde se judice
exul clam navim concendit; lapsisque in mare,
quas secum ferebat, templi clavibus, vovet non
prius patriam visurum, quam claves amissas. Mox
trajecto mari servum se viro principi addicit, hor-
rumque colit ille nuper Italiæ unicus flosculus.
Jam annis omnino se paret totâ Europâ à suis
quæsitus, Angeli demum indicio inventus est.
Tot preces precibusque mistæ lacrimæ, redditæ
que à pisce, qui navim insilierat, claves, & promis-
sa puero à Deo vita, redditum tandem persuale-
runt. Nempe primò omnium ad tumulum est
itum, ubi unà Divus à precibus & puer à morte
surrexit, infulæ etiam hæres M A V R I L I I, cuius

ulti-